



EPIST. APOCR.
STEPH. WITTNYEDI
—
POSONII
1669.

F 2362.










12





69.



I.
C O P I A

Literarum Stephani Wittnyedi, ad Ambrosium Keczer datarum
Pozonij 30. Decembris, Anno 1669.

GENEROSE DOMINE &c.



Onnihil valetudinarius sum. Medio tamen alterius mihi fidi amanuenus Dom. vestrae significo. Quod ego redux X^z (3 convenerim: Cum Solnensi Rayczeni, Thuroczieni primariis Pastoribus, ubi vis separatim contulimus negotium. Domini etiam Superintendentes sub maximo secreto disposuerunt Ecclesias. In Montanis Civitatibus Sapientes, beneq; doctos Seniores FZ: admonuimus, ubi primum homo Dom. vestrae vel S, advenerit, in promptu sint omnes. Ex Silesia, Moravia, & Bohemia veri cognati nostri, cum Praedicante Solnensi & sibi conterminis, ex Austria vero & Moravia cum transalbo-montanis Szeniczienibus & Szobotistyenibus correspondent: Superior quoq; Austria sero excubat. Thuralukiensem Districtum, ubi optimus erit Peditatus, ejusdem Loci Praedicans ad insurrectionem disponet. Pozonienses cum Liberis istis Civitatibus jam sunt dispositi. Trenclinio vestra Dom. attendat una cum Districtu meo Arvensi; & ut coram contulimus, necessarium est, ut in Concionibus, sed valde prudenter, insinuetur negotium: respectu saltem boni publici, & libertatis, sit sermo. Sopronienses & Kószegienses nimium dependent a Spiritualibus suis Directoribus, & diriguntur ad eorum placitum; hi jam sunt dispositi. Ultrò-Danubialis Districtus sit meae curae. Papae, Jaurini, Komaromii, Veszprimij, horum Locorum Superintendentes officio suo satisficient, uti M. N. fusiùs scribit, perceptaq; sunt literae a Partium Superiorum Ecclesijs Helveticis undiq;. Quia vero populus a Spiritualibus Pastoribus dependet, & Arca Domini praecedebat; Illi sint ubiq; optimis modis & formis motores: Illi verbo, nos opere & gladio. Deus nos juvabit. Wratislaviam & Danszkam in magna Summa transmissum esse Cambium, D. Vestra omnibus perscribere potest. Gallus tardè movet; dummodò pennas suas mittat. Nos interim non morerur. Cassoviam, Eperjessinum, Leucsoviam, cum Districtu Lublovienfi D. vestra moveat. Ego hic non dormiam.

Datum Pozonij 30. Dec. Anno 1669.

G. D. Vestrae

Benevolus & Sincerus Servitor
Stephanus Wittnyedi de Musay.





I.
C O P I A

Literarum Stephani Wittnyedi, ad Ambrosium Keczer datarum
Pozonij 30. Decembris, Anno 1669.

GENEROSE DOMINE &c.



Onnihil valetudinarium sum. Medio tamen alterius mihi fidi amanuens Dom. vestrae significo. Quod ego redux X* (3 convenerim: Cum Solnensi Rayczeni, Thuroczeni primariis Pastoribus, ubi vis separatum contulimus negotium. Domini etiam Superintendentes sub maximo secreto disposuerunt Ec-

clesias. In Montanis Civitatibus Sapientes, beneq; doctos Seniores FZ: admonuimus, ubi primum homo Dom. vestrae vel S, advenerit, in promptu sint omnes. Ex Silesia, Moravia, & Bohemia veri cognati nostri, cum Praedicante Solnensi & sibi conterminis, ex Austria vero & Moravia cum transalbo-montanis Szeniczienfibus & Szobotistyenlibus correspondent: Superior quoq; Austria sero excubat. Thuralukienfem Districtum, ubi optimus erit Peditatus, ejusdem Loci Praedicans ad insurrectionem disponet. Pozonienses cum Liberis istis Civitatibus jam sunt dispositi. Trenfinsio vestra Dom. attendat unam cum Districtu meo Arvensi; & ut coram contulimus, necessarium est, ut in Concionibus, sed valde prudenter, insinuetur negotium: respectu saltem boni publici, & libertatis, sit Sermo. Sopronienses & Kofzegienfes nimium dependent a Spiritualibus suis Directoribus, & diriguntur ad eorum placitum; hi jam sunt dispositi. Ultrò-Danubialis Districtus sit meae curae. Papae, Jaurini, Komaromii, Veszprimij, horum Locorum Superintendentes officio suo satisficient, uti M. N. fufius scribit, perceptaq; sunt literae a Partium Superiorum Ecclesijs Helveticis undiq;. Quia vero populus a Spiritualibus Pastoribus dependet, & Arca Domini praecedebat; Illi sint ubiq; optimis modis & formis motores: Illi verbo, nos opere & gladio. Deus nos juvabit. Wratislaviam & Danszkam in magna Summa transmissum esse Cambium, D. Vestra omnibus perscribere potest. Gallus tarde movet; dummodo pennas suas mittat. Nos interim non morerur. Cassoviam, Eperjessinum, Leucoviam, cum Districtu Lubloviensi D. vestra moveat. Ego hic non dormiam.

Datum Pozonij 30. Dec. Anno 1669.

G. D. Vestrae

Benevolus & Sincerus Servitor

Stephanus Wittnyedi de Musay.



C O P I A

Literarum in cifris Scriptarum Stephani Wittnyedi ad Nicolaum Bethlem, ex Vn-

garico in Latinum versarum, ac uti ex contextu ap-
paret, Mense Majo, Anno 1669. Eperiesini datarum.



Odiè decimâ Maji Dominationis Vestræ Lite-
ras Eperiesini accepi. Sanctè conclusum est
ut libertates nostras proprio Sanguine defen-
damus; Turcarum Imperatori tributum de-
mus; Cum Regno Transylvaniae unius cordis
erimus. Rex Franciæ præstabit tributum: per Legatum
Gallicum obtulit. Quod si non præstaret, ipsimet nos da-
bimus, modo sit in parato. Omnes Lobkoviczij insani
Sermones non sunt curandi, nec fallus Montecuculi. Sed
valdè bonum esset, si Transylvaniae Sacra Corona occultè
literas scriberet Prædicantibus ad omnes partes, bene ut
disponerent plebem; & ad tributum, ac etiam ut arma capiat,
quando signum dabitur. Evangelicus Status bene dispo-
luit: Trans-Danubianam terram Soproniensibus & Kölze-
giensibus præcipuis Prædicantibus commisimus. Monta-
nas Civitates, Posonium, Cassoviam, Eperjesinum, Leucso-
viam, Trensinium, Arvam, Liptoviam, Turoczium, &
reliqua, eorundem Locorum Superintendentes & Seniores
parata tenent. Nos omnes pro DEO, Ecclesia, & liber-
tate pugnaturi & morituri: Et Papistas canes docebimus.
Tantum Dominationes vestræ non morentur cum Hajdo-
nicalibus Oppidis & Dedititiis. Franciscum Rákocziter-
rere oportet, sed etiam animare. **DEVS** nobiscum
quis contra nos?

*Harum binarum Literarum Originales, hoc præsentis Anno 1674.
Posonij coram Excelso Delegato Sacræ Cæsareæ Regiæq; Majestatis Judi-
cio, sunt productæ, in confusionem prædicantium Citatorum, tam Augusta-
næ, quam Helveticæ Confessionis.*





II.

C O P I A

Literarum in cifris Scriptarum Stephani Wittnyedi ad Nicolaum Bethlem, ex Vn-

garico in Latinum verfarum, ac uti ex contextu apparet, Mense Majo, Anno 1669. Eperiesini datarum.



Odiè decimâ Maji Dominationis Vestrae Literas Eperiesini accepi. Sanctè conclusum est ut libertates nostras proprio Sanguine defendamus; Turcarum Imperatori tributum demus; Cum Regno Transylvaniae unius cordis erimus. Rex Franciae praestabit tributum: per Legatum Gallicum obtulit. Quod si non praestaret, ipsimet nos dabimus, modo sit in parato. Omnes Lobkoviczij insani Sermones non sunt curandi, nec fallus Montecuculi. Sed valdè bonum esset, si Transylvaniae Sacra Corona occultè literas scriberet Praedicantibus ad omnes partes, bene ut disponerent plebem; & ad tributum, ac etiam ut arma capiat, quando signum dabitur. Evangelicus Status bene disposuit: Trans Danubianam terram Soproniensibus & Kőlze-giensibus praecipuis Praedicantibus commisimus. Montanas Civitates, Posonium, Cassoviam, Eperjesinum, Leucsoviam, Trenchnium, Arvam, Liptoviam, Turoczium, & reliqua, eorundem Locorum Superintendentes & Seniores parata tenent. Nos omnes pro DEO, Ecclesia, & libertate pugnaturi & morituri: Et Papistas canes docebimus. Tantùm Dominationes vestrae non morentur cum Hajdonicalibus Oppidis & Dedititiis. Franciscum Rákocziterere oportet, sed etiam animare. **DEVS** nobiscum, quis contra nos?

Harum binarum Literarum Originales, hoc praesenti Anno 1674. Posonij coram Excelso Delegato Sacrae Caesaris Regisq; Majestatis Judici, sunt productae, in confusionem praedicantium Citatorum, tam Augustanae, quam Helveticae Confessionis.







